Biblia Sacra (Thomas a Kempis-Bibel) (omissio psalterio). Johannes Marchesinus (4): manuscript
Zwolle, Am 17. März 1438 (hl. Gertrud)




faciat quod preceptum est ei. Hec autem
neque speciebus neque virtutibus
uni eorum similia sunt. Unde ne-
que estimandum est. neque dicen-
dum esse illos deos quando non
possunt neque iudicium iudicare
neque facere hominibus. Scientes
itaque quia non sunt dii: ne er-
go timueritis eos. Neque enim
regibus maledicent neque be-
nedicent. Signa etiam in celo
gentibus non ostendunt: nec
ut sol lucebunt: neque illumina-
bunt ut luna. Bestie meliores
sunt illis: que possunt fugere
sub tectum ac prodesse sibi. Nul-
lo itaque modo nobis est ma-
nifestum quia sunt dii: propter
quod ne timeatis eos. Nam
sicut in cucumerario formi-
do nichil custodit: ita sunt dii
illorum lignei et argentei et in-
aurati. Eodem modo et in or-
to spina alba supra quam om-
nis avis sedet. Similiter et
mortuo proiecto in tenebris si-
miles sunt dii illorum lignei et in-
aurati et inargentati. A purpu-
ra quoque et marmore que super il-
lud tineat: scietis itaque quia
non sunt dii. Ipsi etiam postre-
mo comeduntur: et erit obpro-
brium in regione. Melior est
homo iustus qui non habet
simulachra. Nam erit lon-
ge ab obprobriis. Explicit
liber baruch.

Incipit prologus sancti ihero-
nimi presbiteri in ezechielem
prophetam.

Ezechiel pro-
pheta cum
ioachim re-
ge iuda cap-
tivus duc-
tus est in babilonem: ibique
his qui cum eo captivi fuerant
prophetavit: penitentibus quod
ad iheremie vaticinium se ul-
tro adversariis tradidissent:
et viderent adhuc urbem iherosoli-
mam stare. quam ille casuram
esse predixerat. Tricesimo autem
etatis sue anno et captivitatis
quinto: exorsus est ad concap-
tivos loqui. Et eodem tempore
licet posterior. hic in caldea:
iheremias in iudea propheta-
verunt. Sermo eius nec satis
disertus. nec admodum rusti-
cus est: sed ex utroque medie
temperatus. Sacerdos et ipse
sicut et iheremias: principia
voluminis et finem magnis ha-
bens obscuritatibus involuta.
Sed et vulgata eius editio
non multum distat ab hebrai-
co. Unde satis miror quid

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/Hs-324-IV/0205
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt